1300 summam efficientem solvere et luere Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Iudicatum pati debebunt et tenebuntur seq ac suos successores ad eadem omnia Inscribunt et obligant praesentibus Illum Terminum primum peremptorium Iuri et alios omnes exinde Consequentes Causae eius et Terminos semper peremptorios vero infirmitate pro maiori, Minorennitate succonum, legatione intra vel extra Regnum, servitio Militari, admunimenta ad Evictorem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem ptercalibra proximas Officij praefati Castren Capitan Premisliensis Terminos, dilationem sibi non recipiendo nullasq motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus, suspensionibus, fatalys, Iuris praescriptione Terrestri bello Conventioneq ac alijs quibusvis Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec Modo alio quovis Evadendo, Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

## Jaworska Szusteiowiczowa Abrenuntiat

1121 Comparens personaliter Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premisliensis Nobilis Zophia Jaworska olim Nobilis Pauli Jaworski Szusteiowicz cum Nobili olim Orina Jaworska Fedyniczowna procreata Filia Nobilis vero olim Hryc Matkowski Husakowiec Consors derelicta vidua sana mente et corpore existens à Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitan Premisliensis Iurisdictioni quo ad Actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis gntr omnibus totaliter.

totaliter et plenariè incorporando atq subijciendo palam libere publice ac perexpressum recognovit Quia Sibi Recognoscenti de Bonis Paternis et Maternis se Recognoscenten in bim dotis et expeditionis sui legitime concernens per manus Nobilis Fedorij Jaworski Frusteiowicz fratris sui germani plenariè satisfactum est ob quam eiusmodi satisfactionem dotisq realem et effectualem se Recognoscens concernens per solutionem, bonis eisdem Paternis et Maternis in manus suprascripti fratris sui germani totaliter abdicat, abrenunciat et resignat, praesenti sua recognitione ac summissa mediante. 1301

## Horodyscij Jackowięta Horodyskie Czobotowięta Quietant.

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Premislien Nobiles Andreas Pater Joannes atq Theodorus Filij atq Lucas et Paulus Horodyscij Jackowięta, sani mentibus et Corporibus existentes à Terris districtibus Iuribus Iurisdictionibusq Suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo praesenti vero Castren Capitan Iurisdictioni, quo ad Actum modernum attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenariè incorporando atq subijciendo palam libere publicè ac perexpressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo prointeresse recognovit Quia ipsi suo et laboriosi Fedko Mielnik Subditi sui pro cuius rati habitione cavent esse praesentibus inscribunt nomine Nobiles Iwan Horodyski Bratkow dictum, Wasko Horodyski et Mariannam Sielecka Coniuges, Iwan Horodyski et Mariannam Turzanska itidem Coniuges atq Sefko Horodyski Czobotowięta et eorum successores de Causa et Actione Iudiciaria per se Recognoscentes ipsis, primo ad Officium praesens Castren Capitan 1123